



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ
Deuotæ**

Richeome, Louis

Coloniæ, 1610

De causis mortis. Colloq. XXXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50753)

milleartificis fuit instrumentum. Cauda verò serpentis seu peccati mors est, quia finis & effectū peccati est, caput autem ipse diabolus radix & origo peccati vniuersi: Serpentem ergo cauda tunc arripis & apprehendis, cū seridò mortis meditationibus incumbis, quibus adiuuante gratia Dei, qui eam arripere nos iubet, in virgam mirabilium operatricem conuersis, spiritualem Pharaonem Diabolum expugnamus, vires illius frangimus, ac regnū eius funditus pessum damus, & quod caput sermonis nostri erat, magnanimi contra insultum huius hostis efficimur, & postea quoque victores.

De causis mortis.

COLLOQVIUM XXXI.

PHIL. **T**ETIGISTI tu planè in hac dulcissima suauissimaque disfectionum tuarum harmonia atque concentu chordam pre reliquis, quam magnoperè pulsari

rivi audiam, & mortis causas lu-
 culenter cognoscam, aueo atque
 expecto. Nos enim qui in Philoso-
 phorum & Medicorum verba iura-
 uimus, alias longè quam peccatum
 causas allegamus. THEOL. Næ tu ve-
 rò me egregiè exhilaras & gaudio
 singulari prorsus perfundis, dum
 ad hanc me tabellaturam remittis,
 quò breuiter tibi fidei nostræ ca-
 put pulcherrimum explicem, & ve-
 terum nonnullorum hæresiarcha-
 rum commenta explodam, quæ no-
 stra adhuc etiam tempestate in
 nonnullorum malefactorum ce-
 rebris obtinere mihi videntur, iu-
 xtaque tibi nostri & scholæ placita ex-
 plicem super corporis humani ex-
 cellentia atque præstantia, herculè
 nostri ipsi cognitione pulcherrima,
 & ad liberalitatè Creatoris nostri,
 peccati magnitudinem, ac subiectū
 mortis perspiciendum mirum quā-
 tum accommodata. Nos autem qui à
 Theologia sumus, cum de morte
 verba instituimus, causas morales
 intelligimus, non naturales, las
 quæ à Medicis ac Philosophis ferè
 adfe-

*Diversa
causa v-
nius ef-
fectus.*

adferuntur. Ac primum quidem late-
tere te non potest, plures sæpè vnius
effectus causas assignari: vt cum de
Hæretico combusto verba facimus,
causa efficiens mortis illius est iusti-
tia, & executor, qui gladium portat:
mortalis materialis est flagitium,
quo Iudex prouocatus carnifici eum
tradidit, naturalis est dissolutio cor-
poris per ignem, qui corrupta har-
monia, quatuor admodum qualita-
tum, & exucta humiditate primum
nata, calorè naturalem expulit, ani-
mam corpore eiecit, & mortem cõ-
ciliauit. Itaq; cum Anacreonta gra-
no vix strangulatum veriùs biben-
di assiduitate suffocatum dicimus,
causam moralem intemperantiam
assignamus: naturalem verò in-
stinctionem caloris naturalis in vi-
no submersi. Veterum ferè æuo qui
Philosophiæ studijs animum oble-
ctabant suum, aliumque librum non
legebant quam naturæ istum, (eti-
vix bene nec accuratè satis eum legere
non dico intelligere possent, (pro-
pter corruptionem & fastum) mor-
tem naturalem esse asserbant, quibus
vide

videlicet nihil præter naturam cō-
spiciebant, quæ causas istas infert,
videlicet contrarietatem humorum
ex quibus humanum corpus com-
ponitur, & continuam diminutionē
humidi radicalis, quo deficiente ca-
lor etiam naturalis extinguitur, dū
cui inhæreat non habet, & anima a-
lio euolans mortem generat : pror-
sus vt domesticus noster ignis, lig-
nis aut materia subtracta extingui-
tur, quippè qui cibo necessario ad se
nutriendum atque pascendum caret.
Hallucinantur itaq; grauius admo-
dum, dum hominem mortalem sē-
per fuisse affirmant vt nunc est, &
eundem cum bestijs naturæ titulū ac
ius habuisse, nūquam vt corpus fue-
rit immortale.

*Error Pelagij Adamum mortalem cre-
atum fuisse asserentis. Adam eo die
quo peccauit mori incepit.*

COLLOQVIUM XXXII.

PELAGIUS natione Anglus, THEO.
professione hæreticus, Secta-
riorum more plus in Philosc-
L phicis